

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
*BREVEM TYPHI EPIDEMICI QUI-
BUS DAM OSTROBOTHNIAE
PLAGIS GRASSANTIS*
HISTORIAM SISTENS,

QUAM

VENIA EXPER. FACULT. MEDIC. ABOENSIS,

PRÆSIDE

D. GABR. ERIC. AB HAARTMAN,
Med. Pract. Prof. Publ. & Ord. Ordin. Imperial. S. Annæ in
secunda & S. Wolodim. in quarta Classe Equ. Aurat.
Reg. Acad. Scient. & Societ. Patr. Holm. atque Oecon.
Fenn. Membro, nec non Imperat. Med. Chirurg.
Petropol. Academiæ Correspondente.

PRO GRADU DOCTORIS

P. P.

ABRAHAMUS CAFJANUS,
Philos. Magister, Medic. Licentiatus & Pastor Paroecia
Sodankylä in Lapponia.

In Audit. Medico die XV:o Junii MDCCCXI.
Horis a. & p. m. f.

ABOÆ, Typis FRENCKELLIANIS.



Mininum est de arte loqui; multo maximum ex arte dicere.

CICERO.

Quantam in omnem rem medicam, quatenus sanitatis vel conservandae vel restituendae respiciat negotium, utilitatem, quamque desideratos toti humano generi fructus, morborum epidemicorum progeniunt descriptiones, utpote qua sola via ad feros istos hostes profligandos tuto itur, superfluum foret longa probare demonstratione, cum id, non modo priscorum sed etiam recentiorum Medicorum testimoniis gravissimis, satis evictum esse, quisque sanus judicet. Merito igitur Celeberimi jam dudum monuerunt artis medicea Doctores, ut ad hoc tamquam primarium suum officium, Divi Hippocratis more, omnem suam adhiberent curam studiumque, qui Medicos jure appellari desiderarent; nec deesse, qui adhucdum, hoc nostro abstractis licet speculationibus & dialecticis opinionum commentis locupletissimo ævo, egregium huncce quamvis difficultem & commendare & ipsi obire haud repudiarunt laborem. De his igitur persvasi, non dubitavimus, Specimen edituri Academicum, quin simile eligeremus scriptoris argumentum, historiolam scilicet Typhi in media Ostrobothniae regionis parte, proxime præterlapsa æstate præferim grasanis, quem paulo accuratius conspicere & observare

A

licuit

Hocuit; quo quidem in explanando ita versari consituimus, ut non nisi facta, absque inutili constructionum apparatu simpli-
citer strictimque enarremus, ne præsentis temporis fœda lue
afflicti, vanas verborum formulas inanesque commentationum
argutias fastidiosa iteratione promulgando, & L. B. cuius gra-
tiam favoremque deotissimi exoptamus, & nosmetipſos, velut
exardentium faciem perfida luce, decipere velle videamur.

12/12

Etsi morbos populares descripturos Cel. quondam Stoll (a) egregius ille epidemicorum morborum obſervator, haud immerito monuerat, ut tempeſtatis non modo morbos comitantis, ſed etiam prægresæ rationem accurate expone-
rent, at tamen hac in re neque nobis metipſis, neqne curioſoribus aliis quibuscumque ferutatoribus, propter fidelium ac diligentium observationum defectum, ex voto ſatisfacere poſtulamus. Scire tamen licet, proxime preterlapſi anni (1806) æstatem, tanquam valde frigidam atque humidam, ipsique præcedens mutabili ſuo genio valde indulgens ver corporum jamjam induxit ſe opportunitates habilitatesque valde Aſthenicas, quas de cætero antecedentis anni (1805) annonæ caritas haud parum favorat. Autumnus inſequens liberaliore quidem vietu vires firmaverat, ſed frequens tamen ſubitaque plerumque calbris in frigis commutatio, colique fereni in procelloſum, nebulofumque nec non post dies auſtrinos noctes æquilunari magni imbecillitatis valde fuere feraces, unde Diarrhoea aliaeque defluxiones & febres modo intermittentes modo rheumaticæ ſporades licet haud raræ obſervabantur. — Salu-
brior quidem inſequebatur hiems nec valde frigida, ſed alta-
tamen nive valde conſpicua, quæ fere nunquam diſfluxit, ipſaque ideo hiemem protracta veris advenientis quaſi diſſi-
pans calorem. — Protracta ſic diutius hiems, vel potius redi-
ens

ens post veris levia initia gelida valde tempestas, procellis & imbris intermixta, constitutionem aluit ex duorum annorum praecedentiumque annonæ caritate valde infirmam. — Insignis sane hoc quoque anno (1807.) continuavit esculentorum defectus, non modo sterilem propter Cererem, sed etiam rei quoque pecuariae, cui valde indulgent incolæ, inopiam. Velci itaque cœperant viæ admodum incongruo & insalubri, pane scilicet sive ex cortice Pini interno (bartbröd), sive ex farragine (stampbröd) (a) confecto, qualem in annonæ caritate Fenniae nostræ incolæ ad scintillam vitæ miseræ sustinendam haud raro adhibere solent — Quantum autem ad vires vitæ frangendas hæc vivendi ratio, sub ista æris constitutione, & ingravescientibus æstivo tempore agriculturae laboribus, cum dejecto, qui ab ejus modi vitæ inseparabilis est conditione animo juncta, contulerit, facile cuicunque erit perspectu qui vel levissimam Machinæ animalis & ad eam sustinendam summe necessarii proceslus restaratis habeat notitiam.

Sævire itaque mox præterlapsò mense Junii frequenter coepit, post quam antecedente mense sparsim hinc inde observata fuerit, Febris, cuius indolem Asthenicam ex progressis facile cognoveris. — Erat quidem ab initio rarer & quoad indolem plerumque mitior, media autem æstate frequentior atque truculentior, ita ut viginti & ultro in quibusdam paroëciis intra septimanam haud raro libitinæ traderentur incolæ. Medium quidem devastare minitabatur Ostrobotniæ præcertim plagam, ejusque loca inprunis maritima, paroëcias

(a) Quem aliis in locis Fenniae adhibere solent, panis ex Callæ radice paratus, in Ostrobothnia incognitus est.

nimirum Kelviensem, Lochteæensem, Kalajokensem, & Pyhäjokensem attamen neque in australioribus neque in borealibus viciniis, paroëciis nempe Carlebyensi & Saloensi, ejus plane deerant fatalia vestigia.

Homines autem mediæ imprimis ætatis affligebat hic morbus, infantibus vero & senibus multo minus infelius; quod quidem majori, propter laborum gravitatem illis multo magis molestam, defatigationi indeque provenienti infirmitati tribuendum esse haud immerito putamus. Imbecilliores quidem præfertim opprimere videbatur, quod quidem ab indole ejus præfigiri poterat, sed neque tamen robustioribus media imprimis ætate dum contagiosam magis induere visus est indolem, paperit; quod item de melioris fortis hominibus & lautiori vivendi rationi asvetis, utpote quorum in genere paucioribus licet contagiosa hacce lite afflictis, major omnino securitas esse soleat. Neminem infra undecimum vel supra septuagesimum ætatis annum hoc mörbo vidimus afflictum, hi namque, imbecillioris quamvis plerumque habitus, otio siquidem magis dediti, causas morbisicas sive quæ vires frangerent vitales, constantius resistere potuerant & restaurationis negotium parciori victu sustentare. Post naturam jam versus autumnum fertiliorēmque segetem disparuit tandem fatalis hic morbus fercularum ubertate potius, quam Medicinæ vel magistratum op; aliis morbis, Tusi scilicet Ferinæ & Dysenteriae locum quasi reliquens, quæ Septembribus mense æque fere frequentes & parum mitius iisdem græsari coéperant regionibus.

Sicut Asthenicarum febrium mos esse solet, diuturniore prolixaque prodromorum serie annunciatatur, quem describere promissimus, morbus, admonebanturque diu imbecilliores præfertim de ejus adventu, at robustiores ex inopinato fere virium defectu laborare coéperant. Ex lasitudine namque etiam

etiam post quietem pertinaciorem, somno inquieto parum refos-
cillante appetitu prostrato, sensuum ataxia, animo dejecto, ac
summa interdum præcordiorum, sine aliis tamen faburræ ga-
stricæ signis, anxietate, aliquamdiu modo levius modo gra-
vius afflignantibus, fatum inevitabile miseri quasi ex longin-
quo adspiciebant.

Quibus prægressis ipsa febris cum calore & frigore vel
potius horripilationibus alternatim semet succendentibus expli-
cari cœpit. Post hæc autem primordia omnia pejorem sensim
ingrediebantur formam, accedentibus scilicet anxietate vehe-
mentiori, facie squalidâ & singulari tristitia affectâ, nausea,
inanibusque vomendi conatibus, cephalalgia modo obtusiore
modo acutiore, artuum dolore gravativo atque nuchaë singu-
lari rigore. Pulsus interea parum erat primis morbi natali-
bus mutatus, ideoque aut' debilis, tardus mollisque, aut sani
omnino hominis similis; & licet nonnunquam duriuscûlus ob-
servabatur, plenitudine tamen plerumque atque aliis carebat
inflammationis indicis, nisi quod aliquando quamvis rariüs
atcidit, topicæ accesferint pectoris affectiones sphenæ æmulæ,
Pneumianam Asthenicam recentiores appellare solent; his
enim plenitudinem aliquando simulabat pulsus, fallaxque im-
peritis exhibebat necesitatis venam secandi signum. Versus
statum, quem intra 7 & 14 tum diem febris plerumque attin-
gebat, graciliores & paulo celeriores evaserunt ictus arteria-
rum, qui etiam quo gravior atque perniciösior fuerit morbus,
intermittere frequentius cœperant. Respiratio, quæ quidem ab
initio difficilis fuerat, tum magis evasit suspiriosa & quibus
pneumonia accesferat, fere orthopnoica. — Lingua initio
mollis, alba post modum pituita brunnea nigrave obducta &
fissuris aphtisque lacerata, exferta tremebat. Sitis fere
nulla, neque ullum siccitatem oris leniendi desiderium.

Vox

Vox valde debilis modo siālans modo balbutiens etiam sine infania. Somnus plerumque inquietus deliramentis ac garrulitate interruptus. Plerosque sopor continuus tenebat, ex pergesacti vero delirabant mitius mox ad sensum redeentes. Vehementiori qui affligebantur capitinis dolore eo quoque graviori & constantiori afficiebantur delirio, quibusdam fere phrenitico. — Secretiones haud parum erant turbati; vomitus namque vel saltem vomendi conatus plerosque vexabant; urina interdum pallida ac agnosa, certum delirii instantis præflagium, interdum idque frequentius crassa jumentosa bruna coloris, & sine levamine hypostatica; alyus raro stricta, plerumque soluta, spumescens, debilitans. — Sensus externi, præsertim visus, auditusque quibusdam erat præter modum hebetes ac fere stupidi, aliis valde acuti adeo ut neque paucillum lucis, neque minimum strepitum sine molestia ferre possent. — Plerique levioribus quoque agitabantur imprimitis dormientes spasmis absque ullo inde deducendo periculi instantis indicio. — Quando vero in pejus, sive propter malignam morbi indolem, sive propter perversam medendi rationem, omnia ruere coepérant, non modo prædicta ingravescebant symptomata, sed etiam nova fatalis prognoseos conspiciebant indicia. Pessimi quidem ominis erant delirium continuum, sensuum stupor, artuum tremor, floccorum carptus, prolapsus ad pedes, decubitus supinus, sudor colliquativus, petechiae, quibus finem imposuere facies Hippocratica cum aperto ore, alvus valde soluta, putrida ac involuntaria, meteorismus, fœtor corporis cadaverosus, tranquillaque tandem mors. — Multis quoque aut Hydrops Anasarca, aut bubones & Parotides, suppurantiaque Apostemata post mortis statum Metastasium instar supervenere, eo quidem eventu, ut ab Hydropticis saltem libitinæ haud magna eset jactura; plerique namque intra tres quatuorve periore septimanas. Paulo minus carotides aliquae tumores suppuratorii denuntiabant periculum, utpote qui reconvalscientiam parum retardarunt. In recidivas vero facile rela-

7

relaxebantur reconvalentes, dummodo repente nimis ad
confos etos sedierint labores fatigantes vel etiam si paulo plor-
more ore quam debilia digestionis organa ferrent nutrimenta;
ideoque firmorem celerioremque recuperabant vitæ sedentia-
riæ addicti valetudinem. Attamen in genere leatus ad mo-
dum & ad plures septimanas dilatus erat convalescendi pro-
cessus (modus), propter virium scilicet etiam post pacatam
febre defecatum, quæ, nisi lauatoria diætæ addic-
tis ante 21 die in redire haud cœperant. Recidivis expositi multo magis
præclitaba tu.

Ex jam allata morbi historia facile apparet, ad Typhos
adnumerandum esse, quia Communis morbi character sin-
gularem systematis nervosi indigitabat infirmitatem, quam-
vis propter ægrotorum frequentiam & æstatis calorem po-
stea in Synochum mutari vel cum isto complicari cœperant.
An vero Typhi famelici nomen speciale mereatur aliis diju-
dicandum relinquimus; quem eam eo sub nomine descri-
bit Cl. Sagar (*a*) morbum, licet in multis huic simillimum,
in multis tamen discrepantem quisque videt; — quod autem
ex nostra quidem opinione inutilem plerumque probat mor-
borum in species varias distinctionem, qua scilicet non modo
magna rerum confusio, sed etiam noxiun brevis temporis
dissipendum oritur. Sufficit namque genium atque characterem
morbi probe cognoscere, ut justa inde deduci queat medendi-
ratio; specierum namque distinctiones apud Nosologos pene
arbitriæ occurunt, secundum diversas causas remotas ple-
rumque stabilitæ, genium vero ipsa abnormitas, si ita dicere
fas sit, organismi, sive quoad vires sive quoad normam mix-
tionemque determinat, quibus unice ad Therapiam genuinam
tuto ducimur.

Curam

(a) Systema morb. Symtom. p. 682.

Curam quod attinet hujus morbi, a mox explicato genio vel indole, facilius quidem determinari, quam adhiberi posse facile cuicunque artis perito est judicatu, indicabantur namque excitantia atque nutrientia efficacissima, at non æque facile eadem erant in promtu. Etenim vulgo non tantum præjudicia sed etiam inopia impediabant, quominus indicaciones istas rite sequerentur ægroti. Neque deerunt Medicastri, quamvis medicorum quoque titulis collustrati, qui Sylviana doctrina inducti potius quam persuasi, errores istos vulgi non modo alerent, sed etiam ipsis in hominum perniciem seuerentur. Summam in primis induxerunt virium imbecillitatem quævis evanescere vehementiora, ideoque præ cæteris sanguinis missiones præsertim repetitæ, quas, et si vitalem huncce laticeum summi prætii omnes omni ævo periti judicarunt Medicis (a), sine metu adhibitas suis vidimus, dummodo vehementior capitis dolor id exposcere videretur. — Sed neque minus noxiæ fuere tam alii liberaliores, quibus Medicastri isti valde indulgere solent, purgationes, quam sudorifera vehementiora, quæ licet ex tribu excitantium desumpta, incongrue admodum ad extingendum scilicet usque omnem incitabilitatem adhibebantur. Nocuit præterea diæta tenuis oligochyla ex pane supra nominato, pisce salito, baccis vero tempore obviis (b) & oxygala, cuius singularis erat nocendi fa-

a) Hac de re cum attentione legi merentur que Cl. Celsus L. II. Cap. 10 olim scripsit & cuius quidem initium Sylvianam doctrinam in antecesum quasi indigitat, quando dicitur: "Sangvinem incisa vena mitti, novum non est: sed nullum pene morbum esse in quo non mittatur, novum est".

b) Diffugiente nixe deprehenduntur baccæ vitis idæ & occycoccos plerumque dulciores quam autumno, quibus valde indulgent borealium regionum incolæ. Præterea easdem baccas coctione in multis consistentiam redactas solent conservare in futurum usum.

facultas. — Paucis hæcce monuisse voluimus, quia non a juvantibus solum sed quam maxime etiam a nocentibus instruamur. —

Perpendere autem nunc juvat quæ medendi methodus magis salutaris deprehensa fuit. — Facile quidem tam a priori, ut dicunt, quam a posteriori erat intellectu, methodum in hoc morbo excitantem fuisse indicatam, sive scilicet causæ considerentur prægressæ debilitantes, sive fatalis plerumque, quem observabamus, a quibusvis evacuantibus abortus effectus. Hanc igitur ineuntes medendi viam, iis primum, qui opportunitate (ut recentiores dicere solent) tantummodo laborarunt, consuluimus ut angvem in herba suffocaremus, & explicacionem quasi motuum febrilium impediremus. — Hunc in finem monuimus, ut diæta eligeretur laetior, atque ut corporis exercitatio eset quam maxime moderanda, siquidem nihil magis nocuit quam quævis corporis defatigatio. Hisce autem præceptis si fieri potuit, audere consuluum remedium aliquod roborans, quibus haud raro sufflaminatum vidimus fatalem morbum. Verum flagranti jamjam febri efficaciora adhibenda esse adminicula, facile sumus experti, medicamenta scilicet excitantia Zoogena forsitan haud immerito dicenda, quia igniculos vitæ extintos fere quasi de novo accendant. His autem ita usi sumus, ut primum mitiora, mox vero efficaciora adhiberemus; eaque a parciori ad majorem paulatim ascendendo dosin strenue porrigebamus. Si aliquando experiendi causa majorem mox exhibuerinius dosin, quam postea quasi descendendo minuerimus (*a*), perniciosum plerumque ex hac

B

methodo.

a) Secundum dogmata Browniana in asthenia indirecta, quallem propter prægressas nimias corporis defatigationes & a cibo dyspepto in hæcce febrium genere fas erat sibi fingendi, a majori stimulo ad mitiorem descendendum esse judicavimus; sed experientia nos docuit, vacillanti admodum ista adhuc inniti fundamento.

methodo observabamus effectum, quamobrem præcedentem tamquam multo præstantiorem in posterum sine exceptione adhibebamus.

Ex ista igitur ratione Alcali Ammoniacum acetatum, vinum antimoniatum, aquas distillatas aromaticas, aliaque ejusdem indolis mitiora incitantia ab initio porrigebamus, deinde vero quo magis efferbuerit morbus, Camphoram, Valerianam, opiumque egregio plerumque cum effectu largiebamur. Semper quoque cavebamus ne unico tantum uteretur excitante remedio, multo namque efficaciorem deprehendimus alternum diversorum exitantium usum, cuius scilicet fructus autem licet unici remedii dozes minime potuerint compensare (a). — Opulentioribus vinum quoddam meracum exhibebamus optimo cum effectu, pauperioribus autem spiritum frumenti, quorum autem utrumque potui, ex juseculis granorum aut hordei & aut avenæ plerumque confecto, admiscebamus, quo is etiam magis redderetur idoneus, quoniam juscule carnium vel alia ejusdem indolis eo tempore comparari non possent. Præter hæc constans quoque levamen attulerunt balnea atque fomentationes calidæ, in primis quando hunc in finem decocta herbarum aromaticarum spiritu in primis frumenti exauctæ adhiberentur.

Superato jamjam summo febris fervore, ad incititia permanentis magis efficacie, quæ roborantia olim dicebantur, confugimus eum scilicet in finem, ut eorum opere non modo constantius magisque normale redderemus

a) Hinc analoga est quam in egregio libro (uber die gereitzte muskel fieber) multis exemplis confirmat, observatio, diversa irritamenta successive adhibita irritabilitatem diutius provocare, quam si unum idemque continuo admotum fuerit.

mus incitationis negotium, sed etiam vires coctrices, quas
& causae prægressæ & ipse morbus fregerant, firmaremus.
Extracta itaque præscripsimus amara, Absinthii videlicet,
Gentianæ, Centaurii, cæteraque destillata ejusdam aquæ
aromaticæ ope in formam elixirii redacta. Hæc in primis
pauperioribus consueta erat medicina; divitioribus autem
Kinkinæ varia sub forma liberaliorem consuluimus usum,
quem sane in hisce febribus præstantissimum deprehendimus,
dummodo sive extra consuetum protraherentur tempus, sive
remittentem observarent typum. — Superata febre de eo
suimus solliciti, ut diæta uterentur convalescentes & nutri-
ente & eupepta, pane nempe bene fermentato coctoque,
carnibus juniorum animalium piscibusque recentibus, carnium
jusculis saturationibus nec non lacte recenti interdum cum
musco Islandico cocto, quæ scilicet ciborum genera maxime
esse in promptu & egregie prodesse, comperiebamus. Idque
præterea cavebamus, ne convalescentes nimis cito ad con-
fertos redirent labores; quod quando contigerit, relapsum
sæpiissime perniciosissimum produxisse observavimus.

Quando Metastases sive propter malignorem morbi
indolem, sive perversæ medendi rationis ergo, supervene-
rint, eam in genere sequebamur indicationis rationem,
adhibitis simul pro re natâ remediis topicis. — Pessima autem
omnium fatalissimaque erat Hydrops, cui frustra plerumque
opem ferebamus; aliquando tamen præter spem profuerunt
Scillitica.

JN

11. Item uncinus interius et angulus
posterior pars tunc et postea
in fronte leviter rotundata. A pro-
mota quatuor angulis subangulis
supradictis quatuor crenulis deinceps
dissimilans in rotunditate oblonga.